



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula literarum cum primum quis ad stationem parochialem accedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Eadem formula valet etiam in præposituralis Ecclesiæ, cui animarum curatio annexa est, collatione.

Formula literarum, cum primùm quis ad stationem parochialem accedit, habetur supra in Concil. v. prouinc. pag. 270.

Formula literarum collationis
Canonicatus.

CAROLUS &c. Dilecto nobis in Christo N. Mediolanen. salutem in Domino. Cū sicut accepimus, canonicatus & præbenda in collegiata Ecclesia S. N. loci N. nostræ Mediolanen. dioc. quos alias Reuerendus Presbyter N. per obitum &c. vacauerint & vacent ad præfens; nè diuinus cultus in ipsa collegiata Ecclesia detrimentum pariat, prouidere volentes: Tibi N. Mediolanen. cuius vita, & morum probitas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, tum nobis ipsis nota sunt, tum etiam aliorum fide digno commendantur testimonio; præfatos canonicatum & præbendam, cum illis forsan annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, conferimus & assignamus, de illisq; te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem, cū iuris canonici plenitudine inuestimus. Quocirca vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis, notarijsq; ac tabellionibus publicis ciuitatis & diocesis nostræ Mediolanen. in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub penis & censuris contra inobedientes superiorum mādatis a iure inflētis, & arbitrio nostro infligendis, per præfentes præcipimus & mandamus, vt cum pro parte tuā vigore præfentium requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, ad ipsam collegiatam Ecclesiam dicti loci N. accedat, teq; vel procuratorem tuum pro te, in corporalem realem & actuaalem possessionem prædictorum, canonicatus & præbendæ, ac vniuersorum illis annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum seruatjs seruandis, inducant auctoritate nostra, & defendat in-

ductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam harum serie amouemus, & denunciāmus amotum. Mandantes Reuerendis DD. præposito, canonicis, & capitulo prædictæ collegiatae, vt te in canonicum & confratrem recipiant & admittant, stallo tibi in choro, & loco in capitulo, cum dicti iuris canonici plenitudine, assignatis. Fictabilibus verò colonis &c.

Si contigerit, eum cui prouidetur, aliud incompatible beneficium obtinere, addatur idem, quod supra in collatione parochialis.

Alia eiusdem generis, si Collatio facienda sit vigore literarum Apostolicarum.

CAROLUS &c. Dilecto nobis in Christo N. clerico Mediolanen. salutem in Domino. Cum per te nobis præsentatae fuerint literæ apostolicæ Sanctissimi in Christo patris & domini nostri D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIIII. in pergameno scriptæ; eius verò bulla plumbea cordula canapis, more Romanæ curiæ pendente bullata, quas nos, ea qua decet reuerentia recepimus, & sunt tenoris infra scripti, videlicet: [Gregorius Episcopus seruus seruorum &c. ven. fratri Archiepiscopo Mediolani &c. (& ponatur tota bulla & cæt.) & successiue debitam instantiā nobis feceris, vt ad ipsarum literarum executionem procederemus, iuxta traditam seu directam per eas a Sede Apostolica nobis formam: Nos igitur volentes mādatum apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi, vt tenemur; te prius per diligentem examinationem de te factam ad hoc idoneo reperto, verificatisque contentis in præinsertis literis apostolicis, auctoritate apostolica nobis commissa, qua fungimur in hac parte, præfatos canonicatum & præbendam, sic, vt in dictis literis apostolicis vacantes, cum illi forsan annexis, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis vniuersis contulimus, & assignauimus, ac conferimus & assignamus, de illisque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum